

accipiat et de cetero nihil<sup>l)</sup> amplius quam eterne retributionis premium expetat, non sub-  
advocatum absque consensu abbatis et fratrum pro se constituat, nullum placitum super  
alicuius rei negotio<sup>k)</sup> in aliquo ipsorum ditionis loco, nisi forte abbate petente et fratribus  
agat, de furto autem et protervia, cum rei necessitas postulaverit, quando et ubi voluerit,  
5 abbas eodem advocato presidente rite discussio<sup>l)</sup> fiat et, quicquid exinde equitatis<sup>m)</sup> dictante  
iudicio provenire potuerit, tertia pars ipsius advocati, reliquum abbatis et fratrum erit,  
bona monasterii suis temerariis frequentis non adeat, nullum ex familia nec eos, qui bona  
monasterii incolunt, violenter opprimat vel bona eorum iniuste diripiat. Ut ergo nihil<sup>l)</sup>  
horum ex hoc et in omne presentis seculi tempus irritum fiat, nos per misericordiam dei  
10 tam episcopali quam sedis apostolice legationis auctoritate fulti, facta dictaque banno  
nostro petentibus illis innodantes, que c[onstit]uerunt<sup>n)</sup>, constituimus, sancimus<sup>o)</sup> et confir-  
mamus<sup>p)</sup> atque per huius privilegii nostri paginam, quam manu propria r[oborant]es<sup>n)</sup>  
sigilli nostri impressione<sup>q)</sup> signavimus, rata et [inconvulsa]<sup>n)</sup> esse decernimus. Actum  
Eppesfurt<sup>r)</sup> anno ab incarnatione domini millesimo cxxv<sup>s)</sup>, indictione iii<sup>t)</sup>.

15

(M.)

(SJ.)

## 73.

*Markgraf Konrad bittet, vereint mit seiner Gemahlin und seinen Söhnen, den Papst Honorius um  
Bestätigung des auf dem Lauterberge, seinem Erbeigenthum, von ihm gestifteten und dotirten, dem  
h. Petrus geweihten Augustiner-Chorherren-Stiftes.* [1127.]

20 *Gedr.: Chron. Montis Sereni (Mon. Germ. Script. 23,141).*

*Ann.: Das Schreiben ist ohne Jahres- und Tagesangabe. Da der Papst das Antwortschreiben am 9. März 1128 aus-  
stellt, und Propst Herminold (Chron. mont. ser. Script. 23,141) am 22. Mai dasselbe überbringt, so dürfte, wenn man  
ebensoviel Zeit für die Hinreise rechnet, das Schreiben Konrads kurz vorher, also gegen Ende 1127, ausgestellt sein,  
unter welchem Jahre das Chron. mont. ser. das Schreiben einreicht. Vergl. No. 77.*

25 Domino beatissimo meritoque venerabili et in Christo honorando pape Honorio  
Conradus marchio Misnensis una cum uxore sua Lukarda et filiis debitam in Christo sub-  
iectionem. Quia deus omnipotens, in cuius conspectu ab initio cuncta post futura sunt  
presentia, vos totius ecclesie caput instituit, iustum est vestra auctoritate confirmari, quic-  
quid quis de sua possessione in ius ecclesiasticum obtulerit. Nos ergo vestram obsecramus  
30 paternitatem, quatenus nostram licet parvam oblationem stabilire non dedignemini nec hec  
aliqua usurpationis temeritate ad nos delata suspicemini. Obtulimus Petro principi  
apostolorum pro remedio anime nostre et parentum nostrorum ex predio nostro heredi-  
tario locum quendam, qui dicitur Mons Serenus, cum capella Lobechune, ad quam pertinent  
xxvi mansi, et cum capella in Ostraw, ad quam pertinent iii mansi, et insuper de predio  
35 nostro cxx mansos hac determinatione, ut canonici sub regula beati Augustini ibidem deo  
libere servientes singulis annis unum bisantium auri vel fertonem argenti beato Petro in  
Roma persolvant et post presentem prepositum in claustro suo vel, ubicunque potiori parti

72. i) nichil B. k) negotio B. l) discussio aus dissussio corr. B. m) equitatis B. n) Loch A. o) sancti-  
mus AB. p) confir[mamus] Loch B. q) inpressione B. r) erpesfurt B. s) mcxxv B. t) tertia B.